


Dómine líbera ániam
meam a lábiis iníquis, * et a
lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid
apponátur tibi * ad linguam
dolósam?

Sagíttae poténtis acútæ, *
cum carbónibus desolató-
riis.

Heu mihi, quia incolátus
meus prolongátus est : *
habitávi cum habitántibus
Cedar : multum ícola fuit
ánima mea.


Cum his, qui odérunt pa-
cem, eram pacíficus : * cum
loquébar illis, impugnábant
me gratis.




Ant. Cum his, qui o-dérunt pacem, eram pací-ficus :



cum loquébar il- lis, impugnábant me gra-tis.



viij. AB homínibus. Ps. 139. Eripe me Dómine



ab hómine malo : * a viro iníquo é-ripe me.

Qui cogitavérunt iniqui-
tates in corde : * tota die
constituébant proelia.

Acuérunt linguas suas
sicut serpéntis : * venénum
áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me Dómine de
manu peccatóris : * et ab
homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt sup-

plantáre gressus meos : *
abscondérunt supérbi lá-
queum mihi :

Et funes extendérunt in
láqueum : * juxta iter scán-
dalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino : Deus
meus es tu : * exáudi Dó-
mine vocem deprecationis
meæ.